Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



in cacumen tituli fudit. unde unxisti reges et pphas tuos
tu enim xps filius dei tibi competit fructus unctionis et pacis. in cuius
ineffabilem laudem psalmista cecinit dicens. unxit te ds
ds tuus oleo exultacionis pre participibus tuis. quapropter te
dne supplices deprecamur. ut benedictas hos ramos arborum quos
tui famuli suscipientes. in occursum tui properare deside-
rant. ecce iherusalem sedens super asinum rex mansuetus adveni-
sti. adveni ergo rogamus et nobis. et in medio nostri consiste. ut te ad
venire nostris cordibus senciamus. et qui nos tunc repasti
per crucem. iterum lapsos repara. per eandem beatificam passio-
nem. oris nostri confessionem. ac ieiunii humiliacionem. libens
suscipe. et fructum nos viriditatis habere concede. quate-
nus tuis ymbribus irrigati. mereamur tibi suavium fructuum
ubertate placere. et sicut illi tibi processerunt obviam cum arboreis
frondibus. ita nos tibi redeuntes in secundo adventu cum palma
victorie leti mereamur occurrere. Saluator mundi qui cum
patre et filio et spiritu sancto vivis et regnas ds per. Dns vobiscum.
Sursum corda. Gracias agamus dno deo nostro. Prefac.

Eterne ds. conditor mundi omniumque creaturarum mirabilis
dispositor. qui noe revelasti per spiritum aquas diluvii fu-
turas cognoscere. cuius archam ad nostram salutem testatur mater
ecclia. de qua emissa columba oliue fructuosum surculum
retulit. de cuius rami unctione iacob electus titulum erexit.
dno votum vovit. et desuper oleum fudit. hec est indicio ra-
mi illius manantis de celis gracie. et populi vasa replentis. hec est
indicio rami illius plantati secus decursus aquarum cuius oleum non
defluit. per quod cottidie lavachro baptismatis procreatur
ecclia. et nostra delentur peccata. hec tua dne plantacio bona